



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Cap. II. Quæ culpa requiratur ad in quirendam suspensionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

CAPVT II.

Quæ culpa requiritur ad incurrendam suspensionem.

1. **V**T incurratur à persona particulari Suspendio integra afferens illos quos utroque effectus quos c. 1. n. 1. declarauimus, siue hæc, ut Censura, siue, ut pœna, siue à iure sit lata, siue ab homine, requiritur aliqua culpa. Ratio est, quia, si sit pura pœna, supponit culpam, quæ sit puniendâ, si sit censura, seu Medicina, requiritur item culpam, quæ sit sananda.

2. Aliquam, dixi: nam ex probabili, Henric. cap. 27. n. 159. & Avil. 3. p. d. 3. dub. 3. sententia satis est venialis, sed est æquè probabile necessario requiri mortalem, ut sustinet Valsq. p. 2. d. 153. c. 5. Suar. d. 4. de cens. sect. 4. Coninch. d. 13. d. 3. G. Hurt. de susp. diff. n. 9. alique de qua re nos docimus l. 3. de Sac. Missæ. l. 1. §. 8. & docet G. bal. cum aliis de cens. disquis. 3. d. 2. n. 5.

3. Dixi (à persona particulari.) Nam ut incurratur Suspendio ab Vniuersitate, erit distinguendum. Si enim Suspendio feratur distributivè contra singulos de Vniuersitate, de Capitulo, de Collegio, &c. requiritur culpa in singulis, quia tunc est Suspendio fulminata contra personas particulares, licet multas. Si vero feratur collatiuè contra omnes, ut sunt partes, seu membra ejusdem communitatis, non requiritur culpa in singulis, tunc enim Suspendio sic lata afficiet omnes de communitate, ut sunt ejus partes; cum ergo omnes sint partes, omnes afficiet Suspendio, quia quando major pars communitatis delinquit, iudicatur delinquere tota communitas, quare tota erit Suspenda, etiam minor pars licet ea non deliquerit. Nec est inconueniens; quod hi pauciores amittant jus acquisitum præstandi actiones solitas exerceri à communitate, quia non amittunt per se, sed per accidens, siquidem communitas quando est Suspenda ab aliquibus actionibus, prout est, ac si nulla communitas esset in ordine ad actiones illas. Communitate ergo, quasi deficiente, quid mirum, si ejus partes, siue culpantes, siue non culpantes, etiam ipsæ deficient? Ut ejus partes, inquam, nam, ut sunt persone private, nihil tunc amittunt.

4. Inquires. Si quæ communitas peccaverit quidem, faciendo contra præceptum prohibens aliquid sub pœna suspensionis ipso facto incurrendæ, sed nesciuerit illi peccato esse annexam suspensionem, illamne incurret?

5. Respondeo. Incurrere, probabiliter putat Lez. l. 1. q. 1. Reg. c. 14. n. 4. quia Pontifex non utitur, inquit, in his similibus prohibitionibus sub pœna suspensionis verbo (presumere) quare tunc illa Suspendio incurri debet, rametsi non adsit dolus, & præsumptio, satis enim erit, si adsit peccatum.

6. Verum probabile etiam est, teste Pasq. cent. 4. q. 358. non incurrere, quia est probabile ad illam incurrendam requiri scientiam talis pœnæ, seu censuræ; nam si est pura pœna, l. 1. in Dec. c. 2. §. 10. & n. 9. dictum à nobis est, requiri ejus cognitionem, ut incurratur, si vero est censura erit medicina, quæ etiam teste Sanc. lib. 9. matr. disp. 2. n. 21. Suar. de cens. d. 4. sect. 9. n. 19. & 20. cognosci debet, quia, nisi Medicinam cognoscam, medicinam mihi applicare non possum.

7. Inquires iterum. Qui metu gravis mali cadentis in vitum constantem eas actiones faciat, quibus annexus est incursus in suspensionem, illamne incurret?

Respondeo, illam non incurrere, ut ex supradictis c. 2. de excomm. patet, qui locus est à te recolendus propter hoc, aliaque multa ibidem latius pertractata.

TRACTATUS III.
SELECTA
DE
INTERDICTO.

CAPUT PRIMUM.

Quid seruandum est hodie in interdicto huius Generali?

§. I. Præmittitur breuiter, quid sit interdictum.

INTERDICTUM, Ecclesiasticum dicitur, & sine limitatione latum est regulariter censura, qua Fidelibus vetatur, Præmissa Divina celebrare.

Secundò, aliqua Sacramenta ministrare, vel saltem pura Eucharistiam (nisi in mortis articulo) Extremam Vnctionem (nisi forte in eodem articulo, quando quoniam non potuit de proximo suscipere Sacramentum Penitentiae) & Ordinem, Nam Baptismus, Confirmatio, Penitentia, & satis probabiliter Matrimonium innovantur, ut distinctius videre omnino debes apud Dodacum passim.

Tertiò vetatur, Ecclesiasticam sepulcrum Defuncti exhibere.

Hoc vocatur, & est interdictum integrum; nam totum ipsum potest ab imponente limitatione remoueri. Nam Avilam, aliosque cum Leander de Interd. 4. quæ aliquos effectus tantum, quia hi tres effectus interdicti non sunt ita in iure connexi, sicut sunt effectus excommunicationis, quos dividere non potest quilibet Pontifex, sed Pontifex Summus dumtaxat.

2. Dictum autem est primò, (est Censura) in eo convenit cum excommunicatione, & suspensione. Censura autem est pœna medicinalis, quæ solum infligitur, ut quis à contumacia recedat.

3. Dictum tamen est secundo (regulariter) Nam, & c. uti Suspendio potest ferri, & ut censura, & ut mæra pœna, in vindictam peccati commissi, & interdictum, Vt tunc, quia valde raro, ne dicam nunquam, ut vultus in exposte. Bull. Cruc. p. 2. tr. 6. c. 7. sect. 2. n. 17. Interdictum imponi solet, ut mæra pœna, ideo addidimus illud, regulariter est Censura.

4. Regula autem dignoscendi utrum censura sit, utrum mæra pœna, eadem priorius est, quæ in suspensione ne quæque diximus in tract. præced. cap. 1.

§. II. Præmittitur breuiter, quæplex sit interdictum.

1. **T**RIPLEX profecto est, Personale, Locale, Mixtum. Personale est illud, quo ipsa Persona prædictis prohibitionibus afficitur. Is ergo, qui sic personalem est interdictus, feret secum impositas prohibitiones, & quemcumque locum pervenerit, quævis nullo interdicto subiectum.

2. Locale est illud, quo locus aliquis prædictis prohibitionibus astringitur: hoc est, quo in quocumque loco verantur Fideles illas actiones prohibitas exhibere. hoc ergo interdicto, Personæ Fidelium non immutatur ratione sui, sed mediatur, puta ratione loci, ab illis actionibus arcebuntur. Nam propterea, si Personæ regressantur ab illo loco, poterunt libere se gerere, &c.

3. Mixtum est, quo tum personæ tum locus prohibetur. 4. Porro subdividuntur deinde eadem interdicta in aliud sit Personale generale, aliud Personale speciale, ut